3,2. & 7, 29.30 Joh.1,33. Eadem materia: Matth.3,11. Marc.1,8. Forma eadem: id quod tùm ex aliis, tùm præcipuè ex doctrina Joh. cujus baptiſmus ſignaculum fuit, deducimus. Eadem deniq; efficacia: Luc.1,77. & 3,3.7. & 7,30. Joh.3,5. Idem ig. inter ſe ſint etſi non individuo: at ſaltem ſpacie oportet.

16. His ſe *Bell.* totum opponit, ac contrarium ut evincat, *tres* ſibi propoſitines confirmandas ſumit *1. Baptiſmum Joh. non fuiſſe idem Sacramentum cum baptiſ. Chriſti.* idq; 4. arg. oſtendere conatur: Sed fruſtrà Nam in 1. *quæ ſubordinata ſunt, imperitè inter ſe opponit:* confer. *Rom.2,16. 2. mendacio & præterea etiam abſurdo ſuffulcitur. 3. Scripturæ S. contradicit:* vid. *Matth.11,12. Quin & propria Bellar. & Scholaſt. commenta evertit:* confer *c.19.§.penult. 4. Incertum pro certo ſumit & inſuper etiam conſeq. vitio laborat. 2. Baptiſmum Joh. non habere eandam efficaciam quam habet Baptiſ. Chriſt:* Hoc ut probet *tria* promit arg. quibus omnibus tamen ſolidi nihil ſubeſt. Nam in 1. *Baptiſmum Fluminis & flaminis confundit:* confer locum hunc *Marc.1,8.* cum *Matth.3,11. Act.1,4. & 2,3. & 11,16. 2. Patres,* quos longâ ſerie, ad oſtentationem citat, *divinæ veritati præjudicare nihil poſſunt:* Quan quam nec ipſi inter ſe

Cap. 20.

C. 21.